

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

CLXXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

considerandam & detestandam proponunt. Eam Dominis vestris Generosis dedicavi. In eo si à me peccatum est, quæso me excusa, factum enim est eo potissimum consilio, ut illos p̄iē moneam, ne patiantur sibi ab Illyrico imponi. Significatum est mihi quoque, M. Georgium Cunum, quādam Oratione nostrum Magnificum, in parte nomen meum apud proceres deformasse, argumentis forte arteptis ab Hefelius & Wigando. Id si factum est, ut me defendas, & illis commendas, oro. Non enim is sum, quem illi prædican, Christi & Belial conciliator, sed veritatis & pacis studiosus. Mitto igitur per hunc nuncium aliquot tantum exempla scripti mei, qua plura non poterat ferre Nuncius. Ea Tu & D. D. Honbergius distribuatis, D. D. Generosis, pro vestra voluntate, cum scripto manu tua nomine meo illis singulis exemplis exhibendis. Ut autem plura ad vos adferantur, commodissime id fieri posset per Augustanum bibliopolam, Georgium Willerum, si modo eadē realiquid cum ipso constitueretur. Audio enim, nostros libros aut nullos, aut paucissimos ad vos perferti. Quod etiam ego pro mea persona non magnopere curarem, nisi scrirem, aliter homines, imprimis Comites & Barones, de me persuasos esse, quam par erat. Ut igitur excusatus sim, te denuo oro, ut hoc mihi officiem peritate velis. Bene & feliciter vale. Raptum Tübinger, 22. Januarii, 1575. Quem tibi tuisque felicissimum opto.

An grata vel ingrata Dominis vestris fuerit scripti mei dedicatio, mihi per Isaac vel alium significare poteris tuis literis.

Tuus ex animo

Jacobus Andreæ, D.



CLXXVIII.

Gratissima fuit salutatio & Colloquium D. Magistri, tui contubernalis, ut ex quo præter ingenii suavitatem, quæ sum valde recreatus, multa cognovi, quæ scire me non inutile sit. Tiguri bella parari, non dubites, quibus se adjuncturos Genevates & Heidelbergenses conjicio, idque tanto ardentius, quod à Saxonibus se condemnari videant, licet non prouersus ~~in~~ ⁱⁿ cum Wirtenbergicis nostris. Interea scandalis perturbatur Ecclesia, quæ ut vitri modis omnibus velim, ita ut vitri possint, non video, ob pertinaciam querundam. Sed Dominus est, qui solus adferre malis medicinam potest, & veritatem vindicare à corruptelis, quem oremus. L. Erasmus (quod haftenus ignorabam) professione publica functionem se dignam, idque cum dignitate & fructu sustinere, vehementer gaudeo, quod nihil dubitem ad religionis ve-

A. 1575.

P A R S Q U A R T A.

911

ræ proventum & conservationem plurimum facturum esse. Perspecta mihi est ejus pietas, eximiaque virtutes, non vulgari judicio junctæ, quo magis illi Ecclesiæ, Scholæque vestræ & tibi gratulor, & præcor à Domino illustres successus. Gallica tempestas quo sit evasura, novit Dominus: nam si peccata repiccas, peccatur intra Iliacos muros & extra. Ferri Regis intemperies & tyrrannis à terra ipsa nequit. Hugonoti multa habent, quæ velimus correcta, nisi id solum, quod se murum Antichristo opponunt hactenus, & spes sit de illis, si detur quies, quæ prave imbibetur, monitos mox, aut paulatim rectius examinaturos, & adprobaturos meliora. Saluta reverenter uxorem, Generum, clariss. virum, ejusque conjugem, cui partum felicem præcor, Erasmus & fratres Symmistas omnes. Salutant te, Coccius, Füglin, Gryneus. Basil. 3. Februar. Anno 75.

Tuus ut semper frater

Sulcerus.

CLXXXIX.

S. D. Reverende & Carissime Domine compater.

Bαρδίσαντος μητέραν ὕπερ φίλαυ, ἀκάδη ποθενα. Εξοντας πάντας βρεττούς ἀεὶ τι φιρότας· Inquit Theocritus. Hæ horæ isthic mihi patienter expectandæ fuerunt multis mensis; nec dubito, vobis quoque in Scholæ laboribus initio varias difficultates & molestias objectum iri, quas magnitudine animi, diligentia, fide, tolerantia laborum, dexteritate & assiduitate operarum feliciter DEO juvante superabitis, & optatas ἄες & successus felices divinitus vobis præberi experiemini. Nunc Osius tandem cum familia accedit, cum quo te amanter & fideliter opera, exemplo cœci & claudi, communicaturum esse non dubito. Meministi enim imaginem illam optimi status in Republica: Αἰρετος τις λιτόβολος ιωνίς πάντας λιπανγός ήγει, πέδας χερός, διμοστα χρονάμφων. Ita collegas decet mutua commoditate, candore & fide sarcire, quod ab altero forte neglectum est. Quarè nunc etiam οὐ λιοντί συνέργεια φυλάσσοντο έντονος καὶ σὺ τὸ δι. Bene & feliciter vale. Steinæ. Die Solstictii.

Ad D. Sebaldum Feulnerum, & nobiliss. ipsius conjugem diligentius scribam, & grati animi significationem ostendam, cum primum domum rediero. Inter ea versiculos adjunctos ipsi per occasionem exhibebitis.

David Chytræus.
CLXXX.